

3. Accidit autem huic etiam Articulo XVI. gravis omnino variatio: cuius causa nulla iusta & pregnas uti fuit auctori: sic adversarijs calumniandi ansam praebeuit.

Harm.

Fabr. pag.

182.

4. Patet hoc ex harmonia Andreae Fabricij, non tam mutationis, quam omnimode Prototypi condemnationis nostros inde aperte insimulantis, dum sic scribit: Cū in prototypo docuissent. Evangelicam perfectionem esse in timore & fide, hic manifesto DEI verbo convicti, dilectionem & obedientiam adiungunt: Quod recte, & nos verissimum esse confitemur, si tamen ab illis motibus cordis externa testimonia fidei & charitatis non excludant.

5. Et sanè videtur ex hac variatione, error eorum pullulasse, qui post Lutheri obitum, fidei justificationem cum nostrorum operum assumptione commiscere minime dubitarunt.

6. Quare neglecta spuria & adulterina editione, Prototypi stamus puritate, quae partibus suis duabus proprijs absolvitur: Iosephi nimirum, saniorum Ecclesiarum nostrarum doctrinam de rebus civilibus, ex scripturis proponente & confirman- te: & Avli Iosephi, stricta partim in anabaptistas, partim in Monachos; quorum utriusque de Ordine politico erroneas fovent opiniones.

7. Tractationi huic perquam cognata videtur ea questio, quae movetur de Potestate Ecclesiastica

stica